

Dissertatio

ARTICULUS III.

Animarum post obitum fata.

Angelum mortis præsidem sive invitam, sive ultrò parentem animam è corpore reducentem, veteres Hebrei agnoscebant. Quicunque præcoci & violentia morte interirent, perinde habebantur, cœ viæ divinae ultioni, Angelus mortis & extermiñis destinatæ, poenæ daturæ si ve criminum suorum, sive parentum, si ve Regum. Ita criminum suorum merito percussi sunt à Deo Her & Onan filii Juda [1]; primores natu Ægyptiorum gladium seruerunt Angeli exterminatoris Israëli [2]. Israelites murmuris reos, & copias Sennacherib [3] perdidit Angelus mortis; Sepruaginta in Job 33. 23, legunt: Si fuerint mille Angeli mortiferi, unus eorum non vulneraret eum; & Job 36. 14. Mortitur in tempestate anima eorum, & vita eorum vulnerata ab Angelis. Et Salomon Proverb. 17. 11. Semper iugula querit malus, Angelus autem crudelis mittetur contra eum.

In Vitâ Moysis vulgata à D. Gaulmino legimus, Samaelem Principem Demonum articulum expectasse interitum Moysis destinatum, quod scilicet virum percutiens, secum auferret animam; Deum verò id offici Gabrieli commissee. Id muneris, quod tantum non auderet, precario à se removit Gabriel; removit & Michael, ac Zinghiel; sed malus Angelus Samael recusatum ab omnibus in se suscepit. Accedentes bis repulit Moyses, ac tandem micantis gloriæ sue fulgor oculorum illius lucem extinxit. Tunc Legislator Deum precatus est, ne Angeli mortis potestati permitteretur; ad quem voti compotem factum ipse Deus, exhibitus unâ secum Michaelæ, Gabriele, & Zinghiel, accedens, animam impasto ori ejus osculo attraxit, juxta illud: *Moses servus Domini mortuus est super os Domini* (o). Sed recta hujus sententia expositio est, Moysen juxta Divinorum verborum fidem obiisse.

Dœftrina est Rabbinorum (p), Angelum mortis egroti vel animam agentis capitlum fulgentem quendam gladium vibrantem adhucere. Eius aspectu territus miser os didicit, statimque Angelus tres venenatas guttas gladii sui cuspidé intra aperitas fauces démittit, quarum priore statim æger extinguitur, alterâ atro mortis colore inficiunt, tertia tandem solvit in cines. Statim post peremptum hominem, Angelus ille in primo, quod occurrit, vase aquâ pleno venenatum gladium eluit, unde noxia qualitas aque communicata. Quare Judæi totam effundunt, forte tunc in domo occurrentem, aquam, metu ne latex ille inficiatur.

Tenent pariter, animam post obitum ad viduatum corpus ventitare frequenter; & ne errare in tenebris cogatur, septem dierum spacio incensam assidue lampadem

in conclavi detinent (q). Illato autem in tumulum cadavere, Angelus mortis monumento assidens, revocat iterum animam in corpus momentu mansuram, tandiu scilicet, quandiu itare semel possit. Stantem Angelus catenâ quadam partim candente, & partim algente bis percutit: ad primum ictum oīa friantur; ad secundum dissipantur; tertio tandem cädens totum corpus in cinerem dissolvit. Succedentes tunc boni Angeli dispersa colligunt ossa, & corpus iterum monumento restituunt (r). Sed nihil tale occurrit, sive in Scriptura, sive in priscis Judæis. Id tantummodo apud Origenem & Theophylactum de resurrectione Lazari agentes ad Joannem 11. 43. Iudeos, & Paganos persuasum habuisse, animas post obitum aliquo tempore spatio, illato in sepulchrum corpori assistere; cui falsæ prorsus opinioni destruendæ clamavit Iesus: *Lazare, veni foras.*

ARTICULUS IV.

Judicium Dei in animas.

Legimus Lucæ 16. 22. animam Lazari mendici transtulisse Angelos in finum Abrahami; certumque tenent Rabbini, S. Michaelis manu justorum animas Deo presentari (s). Refert etiam Josephus [t], receptum esse apud Pharisæos, impiorum animas judicium sub terra subire, damnariquæ ad inferni supplicia. Agnoscant Judei duplex quoddam judicium, privatum post obitum, & generale post resurrectiōnem. Prima dies Tizri, que caput est anni, judicio Divino in homines reservatur; quamquam tunc rationes potius supputat, seu in examen revocat animas ad infernum jam destinatas, verùm quād jucicata.

Talmudistæ [u], juxta doctrinam Samæ, docent, tres hominum classes coram judicio, destinatae ad eam rem die, sistentes, justos, impios, & medios quodam homines inter justos & impios. Piores illi æternâ statim vitâ donantur; impii inferorum suppliciis addicti; medi illi homines, five Judæi fuerint, five Gentiles, ad Inferna unâ cum corpore descendunt, ubi ascendentæ & descendentes duodecim mensum spatio, ascendentæ nempè ad corpora, & iterum inferna loca repetentes, plorabunt. Evoluta hac temporis periodo, corpora absumentur; amburent animæ, quas ventorum impetus sub pedibus usque justorum disperdet. Sed Hæretici, & Epicuri, qui Legem negant, & resurrectionem mortuorum; Tyranni, sub quibus terra oīa tremuit; & illi omnes, qui exemplo Jeroboami filii Nabæ populos cogent ad crimen, per secula in infernis punientur. Agnoscebant ergo Judæi, quantum ex his intelligimus, genus quoddam Purgatorii, qua de re infra fusius. Modò Scripturæ & Veteris Instrumenti testimoniis constituendus est locus quem Paradisum vocant, & Infernum.

AR-

q Bartolocc. 1.
2. p. 147. Buxtorf. loc. cit.

r Buxtorf. pag. 635.

s Vide Targ. in Cantic. 4.
12. & Ref. bibb Chochmah 13.

t Antiquit. l.
18. 62. pag.
617. Et de bello, 12. c.
12.

x 1. Reg. 25.
29.

y Dan. 13. 3.
Sap. 3. 7.

z Vide Vindit. de vitâ funerorum statu scit. 7.
a Lue. 16. 22.
b 1. Reg. 28.
15.
c Lue. 23. 43.
d Matb. 8. 11.
e Lue. 13. 28.

f Hode mecum eris in Paradiſo.
Ipse pariter Jesus comparat Regnum Cælorum convivio (d), cui nec fatuæ Virgines, nec impii, nec ueste nuptiali defituti affidere permittiuntur; sed rejeti filii in tenebras exteriores proiecuntur, ubi est flatus, desperatio, conscientia angores, & stridor dentium. Agit alibi de vita hujus felicitate, tanquam de Regno, in quo primas tenent amici & fidissimi

ARTICULUS V.

Paradisi felicitas.

Nihil satis luculentum apud Moysem de vita eterna, ac futuri status felicitate, justorum premio destinata: insinuat tamen hec omnis non obscurè nec infrequenter. Deus ad Moysem ait, Exod. 33. 20. Non videbit me homo & vivat: quasi scilicet post obitum tantum Dei Visione homo sit fructurus. Deus Levit. 18. 5. pollicetur, Custodite leges meas atque iudicia, que faciens homo vivet in eis. Et Deut. 30. 15. 19. Considera quid hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum (si nempè Dei legibus parceris), & è contrario mortem & malum (si deteriora exempla sequeris). Profecit nec ea, que in corpore est, vita satis æquum est pro meritis justorum, morigeros se divinis iussionibus exhibentium, præmium; neque satis responderet pena mortis sceleri eorum, qui Legem Dei prævertere ausi sunt. Experiens pariter habemus compertum, viros illos, qui iustissimi habentur in hac vita, non continuo & felicissimos esse, & diuturnius agere in terris; sicut vicissim impiis quandoque omnia velificantur, optima nempè corporis habitudo, vita diuturnior. Manent ergo in altera vita æterna præmia & supplicia.

Abigail Davidem affata ait (x): Erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viventium, apud Dominum: Usque quando non vindicas sanguinem nostrum? quibus responsum est, sustinerent adhuc modicum, quod usque fratrum & conseruorum suorum numerus impleretur; qui omnes vivunt suam pro Domino essent daturi.

Frequentissimè in Psalmis, & Prophetis sub figurarum emblematis constituta viris probis felicitas in altera vita designatur; veluti cùm justorum Animæ potantur dicuntur torrente voluptatis. Huc pertinet fons vita, quo inebeantur; intratissimum illud convivium, cui assident commensales; terra viventum, quam incolent; Regnum Cælorum, ad quod invitantur; corona gloria, qua redimuntur; nitor ille & fulgor maiestatis, quo vestiuntur (y).

Martyres sub Altare Dei exhibet S. Joannes, Apoc. 6. 6. animas Moysis & Sanctorum sub throno Dei collocant Rabbinis (z); in finu Abraham constituit Jesus Christus (a). Samuel Sauli per vīsu sepe offerens, objurgat (b): Quare inquietasti me? Jesus Christus ad Latronem illum primum (c): Hodiæ mecum eris in Paradiſo. Ipse pariter Jesus comparat Regnum Cælorum convivio (d), cui nec fatuæ Virgines, nec impii, nec ueste nuptiali defituti affidere permittiuntur; sed rejeti filii in tenebras exteriores proiecuntur, ubi est flatus, desperatio, conscientia angores, & stridor dentium. Agit alibi de vita hujus felicitate, tanquam de Regno, in quo primas tenent amici & fidissimi

Dissert. Calmet Tom. II.

De Natura Animæ.

403

quique ministri (e). His omnibus satis c. Matth. 26. instruimur, eandem fuisse Hebraeorum olim, quæ & nostri temporis, persuasione, de futura vita felicitate, quam magnificis verborum emblematis expriment.

Quanquam justorum in altera vita locus destinatus aliud planè est, & dissitus maximè ab impiorum carcere: Inter nos & vos, ait, chaos magnum firmatum est [f]: f. Luc. 16. 26. cruciat tamen, & maximè cruciat impios sub eorum velut oculis exposita justorum felicitas & gloria (g): Hi sunt, ita illi inter se reputant, quos habuimus aliando in derum, & in similitudinem inproperi. Nos infensati vitam illorum abstabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Santos fors illorum est. Talia dixerunt in Inferno bi, qui peccaverunt. Impius ille dives Lazarus mendici felicitatem oculatus testis spectavit (h), rogavitque Abramum, ut in mundum mittere Lazarum dignaretur, quod fratres suos moneret, ne quid committent, ut ad æternâ hæc supplicia damnarentur. Author quarti Esdræ (i) narrat, i 4. Esdr. 4. justorum animas clamare ad Dominum in promissariis suis in hac verba. Utique spero sic? & quando veniet fructus area mercedis nostra? Et respondit ad eum Jeremiel Archangelus, & dixit: Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis. Que fane plurimum quadrant cum illo Apocalypsis 6. 10. ubi Martyrum animæ sub Altare positæ clamant ad Dominum: Usque quando non vindicas sanguinem nostrum? quibus responsum est, sustinerent adhuc modicum, quod usque fratrum & conseruorum suorum numerus impleretur; qui omnes vivunt suam pro Domino essent daturi.

4. Esdr. 4. 36. &c.

5. pollicetur, Custodite leges meas atque iudicia, que faciens homo vivet in eis. Et Deut. 30. 15. 19. Considera quid hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum (si nempè Dei legibus parceris), & è contrario mortem & malum (si deteriora exempla sequeris). Profecit nec ea, que in corpore est, vita satis æquum est pro meritis justorum, morigeros se divinis iussionibus exhibentium, præmium; neque satis responderet pena mortis sceleri eorum, qui Legem Dei prævertere ausi sunt. Experiens pariter habemus compertum, viros illos, qui iustissimi habentur in hac vita, non continuo & felicissimos esse, & diuturnius agere in terris; sicut vicissim impiis quandoque omnia velificantur, optima nempè corporis habitudo, vita diuturnior. Manent ergo in altera vita æterna præmia & supplicia.

Abigail Davidem affata ait (x): Erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viventium, apud Dominum: Usque quando non vindicas sanguinem nostrum? quibus responsum est, sustinerent adhuc modicum, quod usque fratrum & conseruorum suorum numerus impleretur; qui omnes vivunt suam pro Domino essent daturi.

ARTICULUS VI.

Infernorum supplicia.

Infernus locus designatur in Scriptura sub nominibus tenebrarum (k), perditionis, corruptionis, terra oblivionis, silentii (l), profunditatis, procœlia, abyssi, pateti (m), umbrae mortis (n), loci horroris & confusionis. Moyses in Israelitas adversus Dominum refractorios invenctus, ait (o): Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad Inferni novissima; devorabit terram cum germine suo, montium fundamenta comburet. Habemus hic constitutum ignem subterraneum Inferni, locum perditionis in imo terra fundo sub ipsius montium fundamentis, sub aquarum abysso. Hebrei enim terram & montes aquis imponunt; aquis autem inferiorem collocant Infernum. In imo hoc carcere torti Gigantes ejulant (p): Gigantes genui sunt sub aqua. In hunc locum impi veluti morticina in loca quædam immunda projiciuntur (q). Idem pariter locus horroris, incognitus, impervius obtutibus hominum, oculis Dei nudus est & aperitus (r).

k Psal. 87. 13.
l 14. & 1. Reg.
2. 9.
1 Psal. 94. 17.
& 15. 17. 3.
in Hebreo.
m Psal. 68. 16.
n Psal. 88. 7.
8. Job 10. 22.
o Deut. 32. 22.

p Job 25. 5.
q Psal. 49. 15.
& 141. 7.
r Job 26. 6.
s Prov. 15. 11.

Ecc 2.

Hæc

Dissertatio

Hec de pœnâ Inferni Isaías 66. 24. Cada-
vera virorum, qui prævaricati sunt in me :
Vermis eorum non morietur, & ignis non ex-
tinguetur, & erunt usque ad saetatem vi-
sionis universa carni. Jesus Christus Mat-
thæi 9. 44. Inferno accommodat hunc Pro-
phetæ locum. Mulieris profutatæ vias
deducere ad Inferos ait (s) Salomon, ad
fides nempè Rep̄bām, veterum scilicet Gi-
gantum, qui vias suas ante diluvium cor-
rupentes, nominis sui terrem univer-
sum concusserunt. Vir, qui erraverit à via
doctrine, in cœtu Gigantum conmorabitur
(t). Ibi positos Gigantes nulla manet
egrediendi spes. Psalmista Psal. 78. 11. Aut
medici suscitabunt (Hebr. aut Rep̄haim
seu Gigantes resurgent) & confitebuntur?
Isaias 46. 14. Mortentes non vivant, Gi-
gantes non resurgent ; propterea vîstati, &
contrivisi eos, & perdidisti omnem memo-
riam eorum. Et de Israëlit agens, futu-
rum denunciat, ut à Deo in vitam luci-
di toris imbre demissio revocentur ; sic
ut vicissim in eorum adversarios detur-
bit Deus terram Gigantum, (Hebr. Re-
phaim), sub terrâ nempè Gigantes clau-
dens, in tenebrio quodam carcere (u).
Vide etiam Ezechielis 31. 15. Operi eum
in abysso ; & Jeremias Thren. 3. 52. Ven-
tione cooperi me quasi avem ipsimici mei
gratis. Lapsa est in lacum vita mea, &
posuerunt lapidem super me. Inundaverunt
aqua super caput meum : dixi : Perii. In-
vocavi nomen tuum, Domine, de lacu no-
vissimo.

Congruunt postrema hæc Prophetæ
verba cum Psalmista Psal. 68. 16. Deum
rogante, ne unquam permittat, ut in abys-
sum deturbetur, nec Inferni fauces super
se claudantur. Nec incongrue è pariter
referretur infomnium Eri, de quo Plato
de Rep. 1.10. Vir erat Armenius, qui in
prælio tanquam mortuus relitus, integer
& incorruptus bûdo post in ædes suas re-
latus est ; & cùm evoluti 12. diebus py-
ra tanquam defunctus imponendus esset,
ad vitam reversus, quæcumque in altera
vita spectaverat in frequenti auditorum cor-
onâ narrare aggredies est. Referebat au-
tem, se una cum consertâ mortuorum turbâ,
coram Judicibus stetisse ad Judicem
autem illorum imperium Justos Cæli alia-
tenuisse, ad dexteram sedentes ; impios ver-
ò rejectos ad sinistram, quos operimentum
quoddam adusque terra profundissi-
ma demissum tegebat. Addebat, se, cùm
suo ordine judicandus accessisset, audi-
fuisse à Judicibus, oportere ut annouciandis
iis, quæ viderat, regredieretur in terram.

Quibus oneratus iussionibus sedulò exinde
de omnia spectavit, quò certiores de illis
facaret viventes : animadvertisse autem,
animas, quæ in Cælum ascenderant,
quæque sub terram rejectæ fuerant, per
eosdem veluti canales unde iterant, re-
gredi deinde singulas ; fulgentes quidem &
puras animas, quæ è Cæli plagi veni-
rent ; fordescentes verò, quæ ex Inferis
ascenderent. Ut autem veniebant, statim se
conferebant in amplissimum quoddam pra-
tum, quasi à labore feste solatum quod-

dam capturatae ; ibi verò, quæcumque in
terra consuēdine quadam fuerant con-
junctæ, amplexu & proprietorum eventuum
narratione prioris amicitia vinculum ma-
gis magisque strigebant.

Multabantur eo privilegio animæ scele-
sti sacerdotum virorum, tyrannorum, & ho-
minum humano generi pernicioſissimorum,
cùm enim illig ad osium, aditum tenta-
turæ, accederent, terrâ renitente, ingen-
tique mugitu reboante, repellebantur.
Aderant non longè viri quidam terribiles,
ignem ejaculantes ex oculis, qui regredi-
eo, unde exierant, nolentes reluctanteſque
cogebant. Hac Armenius ille, confona re-
ferens tum præjudicium, quibus ipse te-
nebatur, tum gentis suæ de statu anima-
rum post obitum perfuasioni.

In hanc ferè sententiam docent Rabbini,
ne, defunctionum animas ire & redire ad
Infernâ, patentibus illis duodecim prio-
rum mensum ab obitu spatio tenebris illi
illius carceris foribus ; quamquam celestis
sacerdotum animæ ita in suppliciis tenentur,
ut ne momento quidem vacent à pœna.
Liber Henoch narrat, S. Michael à Deo
iustum, Semiaz aliosque perduelles Ange-
los comprehendisse, onerasse catenis, ad
imum terra fundum raptasse, ubi 70. ge-
nerationum spatio torquebuntur ; quibus
evoluti, sistent ad judicium, ac detur-
bantur præcipites in chaos ignis aeterni,
nigro quodam in loco detenti, catenis
onerati, aeterni cruciatis addicti. Tan-
dem gemina ferme animadversitas in Apo-
calypsi 20. 3. Angelus è Cælo descendit
clavem tenens abysso, Dæmonem arripit,
veterem illum colubrum alligat, in abyl-
sum deturbat, osium super ipsum clau-
dit, munitque sigillo, ut aditum omnem

Sed Veteris Testamenti documenta, ex
occasione illius somni intermisâ, iterum
refutamus. Isaías 14. 9. &c de Rege Ba-
ylonis ait. Inferns subter conturbatus est
in occurso adventus tui, suscitabit tibi Gi-
gantes. Omnes Principes terra surrexerunt
de solis suis, omnes Principes nationum.
Universi respondebunt & dicent tibi : Et
tu vulneratus es sicut & nos, nostrâ simili
effectus es. Detracta est ad Inferos superbia
tua, concidit cadaver tuuvi ; subter te flen-
nent tinea, & operimentum tuum erunt
vermes. Quomodo cecidiſt de Calo Lucifer,
qui manè oribaris? corrussi in terram,
qui vulnerabas gentes. Ad Infernum de-
traheris in profundum laci. Qui te vide-
rint, ad te inclinabuntur, teque propi-
cient : Numquid iste est vir, qui conturbavit
terram, qui concusſit Regna? Spectare licet
in hoc Prophetæ loco Reges & Princi-
pes in Inferno dignitatis sua insignia,
quædam retinentes, & veluti solatium ali-
quod capientes de consuetudine caterorum,
quibuscum morum aliqua erat illis affinitas.

Ezechiel 31. 15. &c. ad Regem Ægypti
loquens, veluti consolatorus revocat in-
memoriam, Assyrium olim tanquam Ce-
drum Libani procerum, insignem, viridi-
tate sua speciabilis, quod tumidi cordis
fastu superbierit, potentissimo nationum

Deum

De Natura Animæ.

Deum factum illum subiecisse, à quo
dejectus & in frusta concederetur ; quo
pariter infortunio implicarentur cætere
circumplantatæ arbores ; ad imum ter-
ra dejectæ inter medios filiorum hominum,
qui in tumulum descenderunt : Inde quan-
do Asur descendit ad inferos (ait Dominus)
induxi luctum, operi eum abysso, (ne
scilicet egreditur) & prohibui fluminis
eius, & coercui aquas multas. Contristatus
est super eum Libanus, & omnia ligna
agri concussa sunt. A' fonti ruina eius
commovit gentes, cum deducerem eum ad In-
fernū (ad sepulchrum). Et confolata sunt
in terra insima omnia ligna voluptatis
egregia (Hebr. ligna Eden, arboris bono-
rum delicioſissimorum) atque preclaræ in Li-
bano, universa, qua irrigabantur aquæ
nam & ipsi cum eo descendant in Infer-
num ad interfectorum gladio, & brachium
uniuersusq[ue] sedebit sub umbraculo eius in
mediâ nationum. Cui assimilatus es è in-
celyte atque sublimis inter ligna voluptatis?
(ligna Eden) Ecce dedulus es cum lignis
voluptatis ad terram ultimam in medio
incircumforum dormieris, cum eis, qui
interfecti sunt gladio & ipse est Pharaon, &
omnis multitudo ejus.

Comparat hic Propheta Assyrium ce-
dro Libani, & cæteros ante ipsum Reges
in Inferno detentos, arboribus hori
Eden, nempe terrestris Paradisi. Profre-
quitur in cap. 32. 19. de Rege Ægypti,
qui unâ cum suis ad imum terrâ fundum
descendit. Descende, & dormi cum incir-
cumcisus. In medio interfectorum gladio ca-
dent. Gladius datus est, attraxerunt eam,
& omnes populos ejus. Ibi Asur, & om-
nis multitudo ejus, in circuitu illius se-
pulchra ejus : omnes interfici, & qui ceci-
derunt gladio. Quorum data sunt sepulchra
in novissimis laci : & facta est multitudo
eius per gyrum sepulchri ejus : universi inter-
fecti cadentesque gladio, qui dederant quon-
dam formidinem in terra viventium. Ibi
Ælam, Mocho, & Thubal... Et nos dor-
mient cum fortibus, cadentibusque, &
incircumcis, qui defendenter ad Infernum
cum armis suis : & posuerunt gladios suos
sub capitibus suis. Ibi Idumæa, & Reges
eius & omnes Ducei ejus. Ibi Principes
Aquilonis omnes, & universi venatores,
qui deduli sunt cum interfici, qui dor-
mierunt incircumcis cum interfici gla-
dio. Vnde eos Pharaon, & consolatus est su-
per uniuersitatem multitudine suâ, qua inter-
facta est gladio.

Animadvertisse juvat, nullam hæc fieri de
Israëlit mentionem, expressis tantum In-
circumcis, Tyrannis, & sanguinis qui-
busque Principibus, hominum exitio datis.
Sedulò etiam distinguunt Rabbini inter
Israëlitæ exterisque populos, Israëlitæ
generis neminem à futuri seculi felicitate
excludendum autemantes. Vide Ezechiel.
26. 19. 20. ubi de Tyro, tanquam de ho-
mine quodam agens, deducendum illum
in abyssum minatur, diluvii aquis op-
pressum ; ac tandem in Infernum raptan-
dum, in imo terræ fundo ad populum
sempiternum.

x De Bello.
2. c. 12. pag.
787. 788. &
Antiquit. l.
18. c. 2. pag.
617.

y De congrega-
tu querenda
eruditioſis
causâ.

z Matth. 25.

41.

a Apocal. 2.
11. & 20. 6.
24. & 21. 8.

b

c

d

e

f

g

h

i

j

k

l

m

n

o

p

q

r

s

t

u

v

w

x

y

z

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

vv

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

vv

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq